



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Formula facultatis pro co[n]cionatore Monialium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

citum nostrum, & donec reuocentur per nos, duntaxat duraturis. In quorum fidem &c.

Formula facultatis visitandi Monasteria Monialium ex delegatione Apostolica.

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo ven. N. salutem in Domino. De tua fide, prudentia, ac in rebus regendis experientia in Domino cōfisi, auctoritate Apostolica nobis per diuersas literas, tum Apostolicas, tum etiam Illustrissimorum DD. Cardinalium Congregationis super reformatio-ne specialiter concessa, tibi per præsen-tes committimus & mandamus, ut Mo-nasteria Monialium in Prouincia no-stra Mediolanensi existentia, quæ, & prout expediens tibi videbitur, visites, & de ipsorum Monasteriorum statu, ac ipsarum Monialium vita & moribus, regularibus institutis, ac Monasticæ di-sciplinæ obseruantia diligenter inqui-ras; ac super his, & quibuscumq; abusib; nec non criminibus, excessibus, & delictis, si quæ deprehenderis, processius facias, informationes quacunque su-mas, ac alia, quæ tibi ad aures commi-simus, & quæcunque in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet op-portuna fuerint, facias, geras, & exequa-ris. Super quibus omnibus & singulis, plenam, amplam, & omnimodam potestatem tibi cōcedimus, & impartimur. Mandantes omnibus & singulis Abba-tissis, Priorissis, & alijs quibuscumque Su-perioribus dictorum Monasteriorum, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœna priuationis officiorum obtentorum, ac etiam censuris, alijsque pœnis Ec-clesiasticis arbitrio tuo infligendis, vt mandatis tuis pareant; ne te in visita-tione, correctione, alijsque per te fa-ciendis, quoquo modo impedian, per se, nec per alios, quouis quæsito colo-re, vel prætextu, In quorum fidem &c. Dat. &c.

Formula facultatis pro Concionatore Monialium.

**C**AROLVS, &c. Dilecto nobis in Christo R. N. salutem in Do-mino. Ut in exteriori colloctionum loco, Monasterij Monialium S. N. Mo-nialibus ipsis in communis & intra clau-stræ ad crates ferreas congregatis, ver-bum Dei, Aduentus scilicet bis, Qua-dragesimæ verò saltem ter singulis heb-domadis, Reliquo autem anni tempore bis in mense, prædicare liberè & licite possis & valeas ( dummodo quæ in li-bello instructionum prædicacionis hu-iusmodi, ex decreto Concilij tertij Pro-uincialis edito, Ciuitatis, & Diœcesis, ac Prouincie nostræ Mediolanen. Con-cionatoribus tradita sunt, in Conciona-bus tuis serues, & à quoconque singula-ri colloquio cum aliqua ex monialibus habendo omnino abstineas, & abstine-re debeas) licentiam & facultatem ad annum proximè venturum tantum du-raturam, tibi harum serie concedimus & impartimur. In quorum fidem &c. Dat. &c.

Formula facultatis confessarij Monialium.

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis in Christo N. Tibi cuius vita, & morum probitas per testificationes no-bis factas probantur, ut Monialium Mo-nasterij S. N. confessiones audire, ei-denque ecclesiastica Sacra menta mi-nistrare possis, cum facultate casuum nobis reseruotorum, necnon prædicti Monasterij clausuram, in casibus vrgen-tis necessitatis atque confessario, tum ex forma sacri Tridentini Concilij, tum ex Bulla Sanctiss. D. N. Papæ Grego-rij XII I. permisssis, ingredi, seruatis quæ in Conciliis Prouincialibus, & Sy-nodis Diœcesanis Mediolanensis, ac etiam decretis generalibus Visitatoriis Apostolici, Sacerdotibus, & Confessa-rijs Monialium præscripta sunt, ad . . . his nostris concedimus facultatem. Dat. &c.

For-